

Rogamus igitur discretionem vestram, monemus attentius et hortamur in domino et in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatinus assumpti laboris gravitatem studeatis taliter adimplere prelium domini preliantes, ut vestris exigentibus meritis de celo vobis auxilium ministretur. Cum enim abnegatis desideriis carnis domino proposueritis in puritate cordis et corporis militare, cavendum vobis existit, ne contra votum a vobis in 5 terra vestre nativitatis emissum in terra peregrinationis vestre, ubi steterunt pedes domini, per inmissionem malorum angelorum consensu pravi operis veniatis et per hoc modicum fermenti totam massam corrumpens eum vobis reddat offensum, sine quo nec residuum terre nativitatis domini tueri poteritis nec incursus hostium sustinere. In eo igitur et non in vestra multitudo confidentes, qui docet manus vestras ad prelium et digitos vestros 10 ad bellum, qui conterit bella, qui currum et exercitum Pharaonis proiecit in mare, state in fide, viriliter agite Philistinorum aciem expugnantes. Nos enim etc. ut supra^a). Datum Laterani.

35.

Markgraf Konrad nimmt das Kloster Dobrilugk in seinen Schutz und gibt den Umfang der 15 Klosterbesitzungen an.
Wahrenbrück, 1199 Febr. 20.

Hilschr.: Or. Perg. Ernest. Archiv Reg. Oo. S. 700 No. 1. Das grüne Wachssiegel, an rother und weißer Seite hängend, = Tafel IX, 6. Phot. H. St. A.

Gedr.: N. Laus. Magazin 20, 116.

Ann.: Die Urkunde ist ebenso wie No. 61 und Urk. 1210 Dez. 18 und 19 (vergl. später u. Posse, Lehre von den 20 Privaturk. 148 Ann. 5 und 163 Ann. 3) vom Kloster auf Grund echter Urkunden gefälscht worden, welche auch die echten Siegel für die Fälschungen lieferten, um die Besitzungen frei von Verpflichtungen gegen den dritten Berechtigten zu haben.

:In nomine sancte et individue trinitatis. Cŷnradus^a) dei gratia Orientalis marchio ecclesie sancte Marie in Doberluch in perpetuum. | Rationis et iusticie convenimur legi- 25 bus eo nos ordine seculi administrare militiam, ut deo militantium tranquillitati et paci vigilanter instemus, quatinus nostre statum imperfectionis | ex aliorum perfectione erigamus. Proinde tam presentium quam futurorum destinamus noticie, quod cenobium Doberluch in nostram ac successorum nostrorum tuitionem propter deum iure patronatus | suscepimus, insuper et terminos possessionum, quas a fundatore suo patruo nostro marchione Theo- 30 derico ab hominibus veracibus et sub fidelitatis sue debito per nos obstrictis eidem loco assignatas accepimus, pagine presentis inscriptione declaramus atque firmamus. Accipiunt itaque inicium predicti termini a Iawer per directum ad Wizok, a Wizok per directum ad Swinestige et pontes Mutiliz usque ad vadum Scharischowe, a Scharischowe per ascensum fluvii usque Bork, a Bork per directum usque ad septem fontes, a septem 35 fontibus usque ad paludem Drezke et diriguntur deorsum ad alveum Telniz et inde ad locum, qui Iamniz vocatur, venientes pes Welkenoz ad originem cuiusdam rivuli

34. a) In der vorhergehenden Bulle des Registers No. 11: Nos enim propositum gerimus et habemus in votis, quantum ille permiscrit, a quo speramus dirigi gressus nostros ad subventionem vestram efficacius laborare et liberationi Ierusalemite provincie, si datum fuerit desuper sollicitius imminere.

35. a) Cŷnradus.